



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1857

III. Die Markgrafen Johann und Otto legen der Kirche und dem Hospital in
Perwer das Recht bei, sich einen Geistlichen zu erwählen, am 19.
September 1241.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54909](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54909)

nostri dilecti domini Conradi, Archidiaconi de Osterwolde, fundum ciuitati Soltwedele et Peruer adjacentem ad edificationem hospitalis spiritus sancti et refectionem pauperum Christi liberum cum omni iure contulimus ac ipsam donationem stabilem perpetuo volumus permanere. Nos igitur considerata pia intentione nec non deuotione magnifica principum memoratorum, ut donatio, quam sinceritas adimpleuit, pauperibus in predicto loco degentibus fiat quo ad temporale subsidium fructuosa, ita ut temporalibus aduti subsidiis ad eterna intendant facilius et adspirent; Auctoritate a Deo nobis concessa donationes principum prefatorum priuilegio nostro, sicut pie et iuste facte sunt, prememorato hospitali confirmamus sub anathematis interminatione districte inhibentes, ne quis jam dictum hospitale in possessionibus iniuste impediat vel impetat, sicut districtam ecclesiasticam sententiam velit et etiam examinis euitare.

Gercken's Diplom. I, S. 279. 280.

Beckmann's Beschreibung V, I, III, Sp. 76. 77.

III. Die Markgrafen Johann und Otto legen der Kirche und dem Hospital in Perwer das Recht bei, sich einen Geistlichen zu erwählen, am 19. September 1241.

Johannes et Otto, Dei gratia Marchiones de brandenburg, omnibus hoc scriptum inspicientibus salutem. Quoniam ea, que fiunt in tempore labenti, citius defluunt cum tempore, nisi lingua testium robur adhibeat aut scriptura. Hinc est, quod ad omnium peruenire uolumus notitiam, quod ad instantiam miserabilium infirmorum et ad permissionem prepositi in saltwedele ecclesie in perwer concessimus libertatem, nec non predictis infirmis ibidem commorantibus, electionem sacerdotis, qui in eis, que ad sollicitudinem ipsorum spectant, tantum eisdem provideat in diuinis, iure parochiali predicto preposito ac successoribus suis per omnia reservato, si quem sacerdotem habuerint, in nostram tuitionem ac defensionem recipientes. Sed ne hoc factum nostrum a quoquam valeat in posterum infringi, presens scriptum sigillorum nostrorum munimine duximus roborandum. Datum saltwedele, anno gracie M^o. CC^o. XLI^o, XIII^o. Kalend. Octobris. Hiis interfuerunt honorabiles viri Thidericus, prepositus loci ejusdem, Albertus, Notarius, Johannes, plebanus de Osterborch, Vlricus de Snetlinken, Hartmannus, Aduocatus, et alii quam plures.

Nach dem Originale des Salz. Archives XL, 16.

IV. Bischof Luder von Verden bestätigt dem heil. Geist-Hospital in Perwer das Wahlrecht seines Seelsorgers, im Jahre 1242.

Luderus, Dei gratia Verdenfis Episcopus, omnibus hanc literam inspecturis salutem in domino. Petierunt a nobis infirmi Ecclesie in perwer, ut facta et libertati, quam de consensu prepositi Thiderici de Saltwedele, circa eos fecerunt Johannes et Otto, marchiones